



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XL. Donatio ad casam Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

runt diuisisse; & pars contrā parem suum inuicem tradidit, & per eorum fistucam pars contra parem suum se exinde exutos fecerunt. Ita ut ab hodierna die vnuusquisque quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis vero, &c.

XL. DONATIO AD CA-  
sam Dei.

**D**ominio vere sancto, ac reue-  
rentissimo monasterio illi,  
quod est constructum in honore  
sanctæ Mariæ semper virginis, ge-  
nitricis Dei & Domini nostri Iesu  
Christi, vel ceterorum dominorum  
suorum, quorum reliquiæ ibi con-  
ditæ sunt: & inlustri Deo sacratae  
Abatissæ illi, vna cum turba pluri-  
ma ancillarū Dei, ad laudem Chri-

R ij

Isto canendam, cui custos præesse videtur, ego in Dei nomine fœmina aliqua, nomine illa, dono ad præfatum monasterium à die præsente, donatumque in perpetuum esse volo, & de iure meo in ius & dominationem ipsius monasterij, vel suis rectoribus, trado atque transundo ad possidendum, pro eo quod in ipso monasterio sub religione, & sancta cōuersatione habitare debeam, hoc est res meas in pago illo in loco nuncupante sic, & in pago illo, in grafia illa, super fluum illum, quantumcumque à die præsente in iam dictis locis visa sum tenere, vel possidere, quod manente coniugio apud iugalem meum illum visa sum cōquisisse, vel in meam portionem recepi, vel quantumcumque de filij mei illius luctuosa hereditate mihi obuenit, sicut dixi quantumcumq; in his locis à die præsente mæ pos-

sessionis & dominationis est, totum  
& ad integrum ad ipsum monaste-  
rium, à die præsente de iure meo in  
ius ipsius monasterij, & suis rectori-  
bus trado, atq; transfundō ad pos-  
sidendū, hoc est tam terris, man-  
fis, vna cum superpositis, domibus,  
ædificiis, vineis, syluis, campis, pra-  
tis, pascuis, cultis & incultis, adia-  
centiisque, hominibus, aquis, aqua-  
rumue decursibus, vna cum manci-  
piis tantis, his nominibus, sicut dixi  
re inexquisita portionem meam ad  
integrum publicè trado atq; trans-  
fundō ad possidendum: Ut quic-  
quid ab hac die Abates vel rectores  
ipsius monasterij ad profectum ip-  
sius exinde facere voluerint, libe-  
ram & firmissimam in omnibus ha-  
beant potestatem faciendi. Si quis  
vero, &c.

R. iii